



Theses argumenti obstetricii

<https://hdl.handle.net/1874/292723>

2

THESES
ARGUMENTI OBSTETRICII,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI TER HAAR,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES GOTHOFREDUS FRANTZ,

MEDICINAE DOCTOR.

A. D. XVI M. APRILIS A. MDCCCLIX, HORA VIII DIMIDIATA.



Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUIJFF.

MDCCCLIX.

THE
NEW YORK

OF THE
NEW YORK

OF THE
NEW YORK

OF THE
NEW YORK


OF THE
NEW YORK

OF THE
NEW YORK

OF THE
NEW YORK

OF THE
NEW YORK

T H E S E S.



I.

Durante graviditate, venaesectionis instituendae momentum, ad arbitrium statui posse non credimus, eligendum autem esse, si fieri potest, tempus, quo catamenia, nisi mulier gravida foret, inciderent. Si hyperaemia uteri adest, illa regula semper sequenda est.

II.

Pelvium oblique coarctatarum originem, cum Nae-gelio ex osse sacro minus bene conformato ejusque imperfecta ossificatione, *docuimus.*

III.

Membrana decidua Hunteri ab ovo non invertitur.

IV.

Quod foetus, in primis graviditatis mensibus, saepius

pedibus, clunibus vel trunco praeivium se offert, versionis, quam vocant „culbute” doctrinam minime probat, in explicandis cranii positionibus.

V.

E loco, ubi cordis ictus audiuntur, foetus positionem statuere non licet.

VI.

E symptomatibus graviditatis, antequam foetus motus vel cordis ejus ictus observantur, colli uteri emollitio maximi nobis videtur esse momenti.

VII.

Secale cornutum non solum credimus fibrarum uteri gravidam muscularium contractiones excitare, verum etiam vasorum parietum, quamobrem duplici ratione, tamquam remedium stypticum illud inservire putamus.

VIII.

Usus chloroformyli, remedii antispastici, in variis uteri spasmi speciebus non magni pretii est, potius autem in ejusmodi casibus adhibendum esset remedium, ob vires anaestheticas.

IX.

Applicatio instrumenti „Colpeuryntri” dicti quam maxime commendanda est ad praeparandam versionem, ubi tunicae ovi adhuc integrae sunt.

X.

Ubi, quod rarius fit, foetus versio in caput esset indicata, ne oleum operamque perdas manipulationibus externis tantum.

IX.

Foetus maturi positione, humero praevio, versio in pedes indicatur, ceterae methodi excluduntur,

XII.

Ubi pelvis est coarctata et infans maturus caput praevium offert, nulla versionis adest indicatio.

XIII.

Cum Seanzonio credimus, optimum esse brachium antroversum in altum sublaturum, si arte compressum est, educere infante retrovertendo.

XIV.

In tertia et quarta positione cranii, prodest capitis

positionem forcipe corrigere, si illud in cavitatem pelvis descendit.

XV.

E matre mortua infans vivus brevissima via educatur.

XVI.

Methodus Lehmannii ad incitandum partum arte praematurum, optima habenda est.

XVII.

Perforare licet infantem vivum.

XVIII.

In eclampsia durante partu, therapia obstetricia a. teponenda est medicae, qua partum quam celerrime ad finem perducere conamur.
